

Pius II. an Ks. Friedrich III. Er verurteilt scharf die unerhörten Angriffe Hz. Sigismunds auf NuK, die er aufgrund seiner Amtspflichten und der Schwere der Taten nicht übergeben könne, zumal es hier um die libertas ecclesie gebe. Der Kaiser möge hierfür Verständnis haben und die zu ergreifenden Maßnahmen gegen Hz. Sigismund nicht als Angriff auf das Haus Österreich auffassen. Das bonum universale ecclesie müsse Vorrang haben.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 171^v-172^v (= V); INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 226^{rv} (Nr. 149; = I¹); BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 437^v-439^v (= H).

Regest (W. Putsch, 16. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Rep. 6 p. 863.

Regest: Brosius/Schbeschkevitcz, RG VIII 184 Nr. 1259; Jäger, Regesten I 323 Nr. 295.

Erw.: Jäger, Gradner 279; Jäger, Streit II 46f.; Voigt, Enea Silvio III 367; Picotti, Execrabilis 30 Anm. 1; Jedin, Bischof Domenico de' Domenichi 258; Meuthen, Die letzten Jahre 220 Anm. 7; Baum, Eidgenossen 12; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 391.

Carissimo in Christo filio Friderico Romanorum imperatori semper Augusto.

Carissime in Christo fili, salutem et apostolicam benedictionem. Credimus celsitudinem tuam non ignorare, que nobilis vir Sigismundus dux Austrie in dilectum filium nostrum Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula sancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem et in suam Brixinensem ecclesiam sine ullo
5 respectu dei et nostro commisit. Ea certe fuerunt, que temporibus nostris sunt inaudita, et sine iusta animadversione preteriri non possunt. Post varias enim oppressiones, quas eidem ecclesie sepius intulit, cum adversus pias cardinalis querelas cum iusticia se tueri non posset, quam in conventu Mantuano illi sepe obtulimus, ad vim conversus armata manu circumspectionem suam veluti apertum hostem obsedit, diuciusque obpugnatum in potestatem redegit, non veritus in virum innocentem dignitatis amplissime et
10 membrum apostolice sedis et in eum, quem nobis carissimum noverat, violentes manus iniicere, cum sua et, quod dolencius ferimus, domus sue notabili infamia, quem postmodum recepta pecunia, ablatis bonis ecclesie sue, abire permisit, seipsum videlicet notans rapacitatis atque avaricie.

Non dubitamus serenitati tue hec plurimum displicere et indigna Christiano principi adiudicari. Semper enim facinora huiusmodi bonitas tua est detestata damnastique eos, quorum manus sacrorum violacione
15 sunt maculate. Nos certe, a quibus nulla cardinalium iniuria potest esse seiuncta, tali excessu vehementer dolemus atque eo vehemencius, quod ab illo commissus est, in quem patris potius quam iudicis exercere vellemus officium. Si eius condicionis esset hic casus, ut transiri conviventibus oculis posset, libenter hoc domui Austrie de nobis optime merite concederemus. Verum qualitas delicti non sinit. Est grande, est impium, est Romane sedi commune, in quo gravius exemplo quam re ipsa peccatum putamus. Requirat
20 de manu nostra debitam ulcionem. Cetus venerabilium fratrum nostrorum s. R. e. cardinalium requirit (et) Romana curia. Requirunt iura, requirit tota ecclesia dei, que hoc facto graviter offensam se dolet. Nec si maxime vellemus, sine grandi infamia nostra possumus tam notoriam audaciam taciti preterire.

Proinde necessitatem hanc nostram serenitati tue, quam pre ceteris in terris diligimus, duximus excusandam, hortantes atque requirentes, ut si quid paulo durius a nobis decerni intelliges, asscribas officio
25 nostro, asscribas iusticie et honori sedis predicte, que aliter estimacionem suam in hoc casu servare non potest. Quitquid ademus, inviti deo teste et dolentes agemus, non persone odio, que alias nobis est cara, sed studio libertatis ecclesie, que omni affectioni est preferenda. Nemo post hoc esset vel mediocriter audax, qui, si hoc facinus impunitum transiret, non sibi hoc exemplo licere putaret se in cardinales atque episcopos minima ex causa seivere, nemo qui non ecclesiis eorumque prelati impune insultaret. Que ne
30 de cetero accidant, presens correctio prestare facile potest, cuius pretermissio socordie et impietati posset nobis merito imputari.

Maiestas igitur tua, que semper iusticie cultrix est, habita equo animo paciatur illi locum nunc dari et non pluris faciat emendacionem unius ex domo tua, que anime sue futura est salutaris, quam honestatem et bonum universale ecclesie, etenim, cum ex tuo imperiali officio advocatus sis et protector sancte sedis

1 Carissimo – Augusto: *fehlt V.* 2 salutem – benedictionem: etc. *V.* 4 sancte – ecclesie: *fehlt V.*
6 enim: et enim *V.* 7 tueri: tutari *V.* 9 obpugnatum: obpungnatum *I.* 13 adiudicari: iudicari *V.*
14 sacrorum: *fehlt I.* 16 dolemus: condolemus *I H.* 21 et: *fehlt V.* 34 universale: universalis *I H.*

Romane idque in susceptione tui dyadematis deo iuraris, debes offensionem hanc suam non solum 35
moleste ferre, sed in ea propulsanda nobis esse adiutor. Quod, etsi pro tua bonitate facturum te non
dubitamus, tamen, ut necessitatem nostram habeas excusatam, etiam atque etiam postulamus, nichil enim
preter iuris ordinem fieri sinemus, et quicquid fiet, non minus erit nobis molestum quam ipsi duci, in
quem fiet. Moderabimur autem ea ratione sententiam nostram, ut in nullo gloriosa domus Austrie vel a
nobis tangatur vel merito offensa possit videri. Datum Macereti Senensis dyocesis sub annulo piscato- 40
ris, xiii die maii m^o cccc^o lx^o pontificatus nostri anno secundo.

40 Senensis – piscatoris: *fehlt V.* 41 pontificatus – secundo: *fehlt V.*

¹⁾ *Rückseitig eine gleichzeitige Notiz:* Papa scribit imperatori, qualiter dux Sigismundus deliquerit et hoc
ante declaracionem, ergo a suspecto papa passit declaracio. 1460. *Darunter v.a.H:* Verunglimpft.